



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.23. Episcopatus Suecicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

dies revenite cum litteris, quæ bonam Regis gratiam illi & vobis concilient!

Sæcul. XIII.

A.C. 1250.

Intra designatum tempus reduces lineam Regi subuculam, annulumque aureum, cui ipsorum Domini nomen incisum erat, attulere, ut indicarent, hunc illi conjungi cupere, sicut indusium corpori, & annulus digito jungeretur. Apportarunt etiam latrunculos crySTALLINOS electo auroque ornatos, & odoribus imbutos. Rex eos remisit cum muneribus ipsorum Domino deferendis scilicet cum multis togis coccineis, poculis aureis, & vasis argenteis. Adjunxit illis Religiosum quendam fratrem Ivonem Britonem Arabicæ linguæ peritum, quo teste hi Arfacidæ (Baduinos vocat) sectam Ali prosequerentur, ut memoravi superius; & tam impavidi erant hoc ex capite, quod fatalem necessitatem ac metempsychosin crederent, animamque illius, qui jussu Domini sui necem subiret, intrare corpus, in quo felicior esset. Eorum Princeps animam Abelis in corpus Noë primum, dein Abrahæ, tum S. Petri migrasse, & hunc Sanctum etiam vivere dicebat.

p. 87\*

lib. 72. §. 73.

§. XXIII.

*Episcopatus Sueciæ.*

Interim Papæ Innocentio Archiepiscopus Upsaliensis, Episcopi ei obnoxii, &



Sæcul. XIII. & universus Sueciæ Clerus per litteras  
 A. C. 1250. significaverant, hoc in Regno alieni ju-  
 ris usurpationem quandam inveterasse,  
 eo quod Episcopi non nisi per profanam  
 Regis ac Procerum potestatem & per po-  
 puli clamores instituerentur. Quamob-  
 rem Episcopus Sabinensis, cum ibi Le-  
 gatum ageret, præceperat, ut in Eccle-  
 siis Cathedralibus, quæ nondum tene-  
 rent Collegium, saltem quinque Canoni-  
 ci essent, quorum unus quadam dignita-  
 te excelleret, & qui sede vacante no-  
 vum eligerent Caput. Hanc Legati san-  
 ctionem Papa ratam habuit, vetuitque,  
 nequis Episcopus nisi per electionem Col-  
 legii fieret, ac nequis homo profanus  
 quidquam contra moveret, aut fidelita-  
 tis juramentum, seu clientelæ professio-  
 nem ab Episcopis Sueciæ exigeret, cum  
 se a Rege aliisque Dominis nec prædia  
 beneficiaria, nec illustria dona habere  
 dicerent. Diploma datum est Lugduni 7,  
 §. 7. Decembris An. 1250. Legatus, cujus  
 Ital. sac. to. meminit, erat Guilielmus primum Epi-  
 1. p. 195. scopus Mutinensis per viginti quinque  
 annos tam clarus ex laboribus suis in Ec-  
 M. Par. p. clesiis Septentrionalibus. A Papa Inno-  
 705. centio IV. An. 1244. Cardinalis Episco-  
 pus Sabinensis creatus, Lugduni ultimo  
 Martii An. 1251. vitam cum morte com-  
 mutavit.